



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

17 An iacturam rerum temporalium facere debeas, ne proximus peccet!

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTVM XVII.

An iacturam rerum temporalium facere debeas, ne proximus peccet.

Raro, vel nunquam ad id obligatus es.

Raro, vel nunquam teneris in propriis bonis iacturam grauem facere, ne proximus etiam ex infirmitate inde accipiat occasionem peccandi, quia generaliter loquendo, non teneris peccatum alterius accusare, cum graui tuo incommodo, & detrimento; reputatur enim tunc talis excusatio mortaliter impossibilis, vt dixit Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 7. num. 11. Si vero dominus non est bonorum, sed dispensator, & administrator, a fortiori non debes iacturam facere bonorum, quorum habes administrationem, vt peccatum proximi tibi cessare obligatio prospiciendi pro illis bonis, Adde, tunc solum ceteris dare scandalum, & proximi peccatum velle, quando absque iusta causa peccatum eius non impedis, sed quando cessas impedire, ne Ecclesia, vel pupillus iacturam patiat in bonis, quorum tu habes administrationem, iustam causam habes non impediendi. Ergo tunc scandalum non causas, ita Suarez disp. 10. de charis. sect. 4. n. 10. Basile de Leon lib. 5. de iur. cap. 18. §. 1. num. 15. vbi addunt interdum licere pati iacturam in propriis bonis (de quo nemini est dubium) ne proximus peccet, sed etiam in bonis alienis, quorum tu habes administrationem: & hac ratione excusant a precepto Pontificem, qui simulat, vel coniuuet, quando Princeps secularis vsurpat bona temporalia Ecclesie, ne scilicet grauiora damna innocentibus fiant. Et haec de charitate, quae vitium in cordibus nostris semper inhabitet.

precepto positio audiendi Missam, vt praecaueris iniustum peccatum ipsius, non quatenus peccatum ipsius est, sed quatenus tale peccatum redundat in damnum tertii, cuius vita, honor, & fama primo, & per se tenetis prospicere. De operibus vero sub consilio, an omittenda sint ob scandalum, distinguendum est, si scandalizatus peccat ex malitia, vel ignorantia affectata, quod contingit, cum ex proprio affectu, & malo habitu peccat, nullo modo omittenda sunt opera consilij. Non enim iustum est malitiam alterius, cum damno nostro spirituali, imò nec temporali consulere; cuius quilibet possit sua malitia bona spiritualia, & temporalia nobis impedire & probari sufficienter possit ex illo. Mathe. 17. vbi Christus de scandalis Phariseorum non curauit, dicens: Sinite illos, caeci sunt, & duces caecorum. Verum si ex ignorantia, seu passione peccat, omitti debent, aut differri opera consilij, quouisque frater admonetur, quia charitate postulat, vt aliquo modo infirmitati proximi, eiusve ignorantiae indulgeamus, omittendo, vel differendo pro aliquo tempore ea, quae nobis ad salutem necessaria non sunt. Neque tunc obligaris omittere absolute opus consilij, sed illud commutare in melius, scilicet in praecauendo proximum a peccato, eaque de causa dixit Ios. Sanch. in select. disp. 37. n. 10. ad operibus consilij non esse abstinendum ob scandalum ex malitia, ob scandalum ex infirmitate semel, & iterum: ita tradit S. Thomas. 2. 2. q. 43. art. 7. c. 3. Valquez ibi opus. de scand. dub. 2. n. 10. vbi dicitur igitur opinio. Suarez de charis. disp. 10. sect. 4. n. 1. Luca. 2. 2. q. 43. in summ. quest. num. 11. Basile. de Leon lib. 5. cap. 18.

Ex his infero posse mulierem ornata iuxta consuetudinem patrie domo exire causa audiendi Missam, vel se reuertendi, etiam si sciat aliqui & aliquos ex malitia peccaturos, si sciret aliquos ex infirmitate peccaturos, debet aliquoties se abstinere. Aduertit tamen Valquez num. 23. nunquam esse peccatum esse peccatum ex infirmitate, vel ignorantia, nisi cogoscatur qualitas, & conditio personae, de qua timetur.

